



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1736**

**VD18 90103165**

§. XXXIX. Der Reformirten Gegen-Vorstellung wieder Chur-Sachsen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648. Protestationes & Contradictiones aliquid præstare debeant, nec impedire  
 Julius. valent, nec ullo tempore valebunt. 1648.  
 Julius.

Actum Osnabrugis d. 14. Junii 1648.

Serenissimi & Potentissimi Domini  
 Electoris Saxonie

Confiliarius & p. t. Legatus.

Johann Leuber, D.

§. XXXIX.

Der Refor-  
 miren Gegen-  
 Vorstellung  
 wider Chur-  
 Sachsen.

Wieder sothane des Chur-Sächsischen Reformirten nachgehends folgende Ge-  
 sandten Vorstellung exhibirten die gen-Vorstellung.

N. I.

Gegen-Vorstellung derer Reformirten Gesandten auf die Chur-  
 Sächsische Vorstellung.

Serenissimus & Potentissimus Dominus Elector Brandenburgicus, juxta  
 ac ceteri Elector, Principes & Status Imperii Confessionem fidei, Divo Ca-  
 rolo I. Romanorum Imperatori Anno 1530. Augustæ solenniter exhibitam,  
 amplectentes & profitentes, nunc à quibusdam Reformati dicti, nullatenus  
 sibi persuadere potuerant, fore, ut post tot exantlato labores, devorata fa-  
 stidia & adhibitam enixissimam operam pro componendis inter Sacri Ro-  
 mani Imperii Electores, Principes ac Status utriusque Religionis disfidis,  
 & inde natis olim Gravaminibus, ea, quæ summo communis Patriæ bono  
 inter eos, qui utrinque Confessionem Augustanam amplectuntur, sed ex  
 quorundam Doctorum placito diversis nominibus, Reformatorum nempe  
 & Lutheranorum, insigniuntur, inita est Conventio, nec minus ea, quæ dicti  
 Reformati Electores, Principes & Status jure Principum & Statuum Imperii,  
 nec non vi Jurisdictionis Territorialis, Pactiorum & Constitutionum publi-  
 carum Imperii, atque notoriosissimæ in eodem observantiæ & consuetudi-  
 nis, possident & exercent Jura, Regalia, Privilegia & Beneficia, à quoquam  
 Imperii Statu, vel Catholicæ Religionis vel Augustanæ Confessionis addicto,  
 convelli, in controversiam vocari, & intempestivis contradictionibus ac  
 protestationibus oppugnari deberent aut possent; cum omnibus recte sa-  
 pientibus & sentientibus notissimum sit, partim intempestiva illa circa Re-  
 ligionem dissidia multiplicibus malis communem Patriam hæctenus agi-  
 tasse, neque promptiori aut magis salubri remedio, quam eorundem ami-  
 cabili compositione impofterum tentandâ, interea vero animorum & con-  
 siliiorum perfecta concordia, inter omnes Imperii Status huic morbo ob-  
 viam iri potuisse, partim nulli Electori, Principi aut Statui jus aut fas esse, al-  
 terius Electoris, Principis aut Status Imperii Jura, Regalia & Privilegia com-  
 munita in dubium vocare, multo minus, quantum in se, penitus tollere.

In qua sententia dum dicta Sua Serenitas Electoralis una cum cæteris  
 Electore, Principibus & Statibus Imperii, quos Reformatos appellare placuit,  
 firmissime persistunt, certe citra summam admirationem videre non potue-  
 runt illam protestationem, quam Serenissimi ac Potentissimi Domini Ele-

Sechster Theil.

N 2

Storis

1648  
Julius

Electoris Saxoniae Legatus Osnabrugi subsistens, nomine ac jussu jam dictae Suae Serenitatis Electoralis, nuperrime diversis in locis publice exhibuit, utpote qua hoc agere annifus est, ut 1.) dictam Conventionem, quae inter Electores, Principes & Status Imperii Augustanae Confessioni addictos optimo & saluberrimo consilio inita, atque Instrumento Pacis Art. inserta est, quoad substantiam penitus everteret. 2.) Jura Territorialia, iis Imperii Statibus, qui Reformati dicuntur, luculentissima sui parte adimeret, eaque iis solis, qui Lutherani dicuntur, reservaret. 3.) Dictos Reformatos Pace Religiosa, sacro illo Imperii palladio, excluderet. 4.) Clausulam illam generalem, qua cunctae protestationes, contradictionesve Paci communi adversantes perimuntur, adeoque totius Pacis summa securitas quam maxime innitur, invalidam, hoc est, Pacem ipsam male turam & elusoriam redderet. Quae certe dictae protestationis Domini Legati Saxonici Capita (quae ita melioris lucis ac ordinis causa appellare liceat) cum ante nominatos Dominos Electores, Principes & Status Imperii, qui Reformati vocantur, maximopere afficiant, facere non potuerunt, quin iisdem tum pro stabilienda Pace publica, quam pro conservandis Juribus, Regalibus & Privilegiis suis, necessaria hac defensione & reprobatione mature occurrerent, quod dum peragunt, protestantur quam solennissime coram Sacra Caesarea Majestate & toto Imperio, nec non omnibus totius Orbis Christiani Regibus, Principibus & Rebus publicis, se 1.) maxime invitos & coactos ad hanc reprobationem descendere, & toto animo exoptare, ut eadem superfedere ipsis licuisset. 2.) Eorum mentem nullatenus esse, quenquam ex omnibus Imperii Statibus, majoribus, minoribus, sive Catholicae Religionis, sive Augustanae Confessioni addictis, qui postremi Lutherani dicuntur, eadem laceffere, aut dignitatem, potestatem, praerminentiam, Jura & Regalia eorundem ullo modo in dubium vocare vel configere: Sed 3.) solum pro adstruendis & conservandis, ut supra dictum est, iis Juribus, Regalibus, Dignitatibus, potestate, privilegiis & beneficiis, quibus Jure Principum & Statuum Imperii, aequae ut caeteri omnes, liberrime & plenissime gaudent, utuntur & fruuntur, necessaria se reservatione in omnem eventum munire, quod certe Serenitati Suae Electorali, & caeteris Statibus, Reformatis dictis, a nemine ex ipsorum Constibus vitio verti potest, cum hac ratione illud exequantur, ad quod conscientiae, honoris, existimationis, officii & sollicitudinis pro quiete publica ratione & vinculo tenentur.

1648  
Julius

Unde nec animus est prolixa confutatione hanc rem transigere, sed ad singula capita dictae protestationis, brevissime & vel tribus verbis respondere. Scilicet quoad primum, mirum est, hanc Conventionem nunc demum nomine Serenissimi Domini Electoris Saxoniae impugnari, ubi eadem a Sacra Caesarea Majestate & omnibus Imperii Statibus approbata, & Instrumento Pacis Caesareo Mense Junio Anni elapsi 1647. publice edito (paucis nunc mutatis) inserta reperitur, atque hac ratione omnino unanimi omnium consensu roborata intelligitur, unde hoc foret ipsius Sacrae Caesareae Majestatis & Statuum Imperii honorem petere, si quis nunc ex postfacto desiderare vellet, ut haec verba: *Unanimi quoque Caesareae Majestatis omniumque Ordinum Imperii consensu &c.* expungerentur, & res jam transacta revocarentur. Quod si animus fuisset aliquid hujus rei causa movere, illud omnino in principio negotii, quod nunc toto fere triennio inter partes agitur, exponi debuisset, ubi mature de eo cogitari & ejusmodi intempestivis contradictionibus debito modo occurri potuisset.

Circa secundum & tertium Protestationis Saxonicae Caput, prout ea supra allegata sunt, Serenissimus Elector Brandenburgicus, una cum caeteris Electore, Principibus & Statibus Imperii Augustanae Confessioni addictis, qui Refor-

1648.  
Julius.

Reformati adpellantur, constantissime negat, Jus Reformandi vel introducendi Religionem solis Statibus Augustanæ Confessioni addictis, qui Lutherani vocantur, competere, cum nulla ratio privata sufficiens sit, Statibus Reformatis ea jura, privilegia & beneficia adimere, quæ ad ipsos publica Imperii lege, æque ut ad Catholicos & Lutheranos pertinent: profitentur enim, ut supra memoratum, dicti Reformati Augustanam Confessionem Augustissimo Imperatori Carolo V. Anno 1510. exhibitam Ore & Corde, unde nullo Concluso Imperii, multo minus privato aut singulari alicujus Status desiderio & conatu, ab iis Regalibus & beneficiis excludi possunt, quæ Catholicis & Augustanæ Confessioni addictis Statibus, per Recessum Imperii de Anno 1555. vel quoscunque alios Imperii Reccessus & Constitutiones tributa & collata sunt. Atque hinc est, quod etiam sæpe nominati Electores, Principes & Status, quos Reformatos appellitant, omnes actus partim in publicis Imperii Comitibus, tam Universalibus quam Particularibus, partim in Circulorum & aliis quibuscunque Conventibus, nemine impediente vel contradicente, exercuerunt, qui Jure Principum & Statuum Imperii ab illis quibuscunque Electoribus, Principibus & Statibus Imperii exerceri possunt aut solent; ut etiam in specie usi sunt Jure Reformandi & mutandi Religionem in suis Territoriis, nisi inter quosdam & subditos suos per specialia & voluntaria Pacta aliter convenerit. Juxta hæc supradicti quoque Domini Elector, Principes ac Status Imperii, qui Reformati vocantur, negant & pernegant, se Pace Religiosa (quod Protestatio Saxonica tertio suo Capite præterdit) non comprehendi: certe declarare vel sententiam ferre, qui Pace Religiosa comprehendatur, vel minus, non est unius, quamvis primi inter Imperii Status, imo nec aliquorum, sed totius Imperii, quatenus illud ex capite & membris compositum est; unde grave omnino est præsumere, privata hujus Protestationis sententia tot Electores, Principes ac Status Imperii, qui hactenus splendorem ac incolumitatem ejusdem, partim sanguine, partim consiliis, viribus & opibus suis fortiter propugnarunt, imo quorum respective voce & suffragio summum Imperii Caput designandum & constituendum venit, à Pace Religionis excludere; si animus foret hæc altius repetendi, certe multis iisque firmis argumentis omnia stuppari possent, sed talia sunt præter intentionem, sufficiat ergo vel semel dixisse, Status Reformatos Augustanæ Confessioni firmissime inhærere, adeoque Pacis Religionis ut & cæterarum Imperii Constitutionum, & in iis comprehensorum jurium, privilegiorum & beneficiorum jure optimo maximo capaces esse.

Circa quartum Protestationis Caput, quo illa maxime salutaris Clausula Instrumento Pacis annexa, nullas scilicet protestationes vel contradictiones contra Pacificationem hic ineundam valituras vel præstituras, convicitur, in ea perstant sententia Serenissimus Elector, Principes & Status Reformati dicti, cum hoc directe ipsam Pacem & ejus securitatem ac robur feriat, neminem ex omnibus Imperii Statibus reliquis fore, qui id approbaturus sit, vel propterea à laudatissimo suo proposito, nempe patriæ communi securam, tutam ac stabilem quietem procurandi, recessurus. Confiduntque dicti Status Reformati, Serenissimum Saxoniam Electorem melioribus principiis dehinc expensurum, quo ejusmodi Protestationes ac Reservationes Paci & quieti generali nocivæ evadere possent. Nihil desiderant Elector, Principes, ac Status Reformati circa jus mutandi vel introducendi Religionem à Statibus vel Catholicis vel iis, qui Lutherani dicuntur, quod non pari libertate ac potestate iisdem quoque concedant: sed nec tantillum iisdem cedunt, vel se ipsis inferioris existimant in omnibus iis, quæ cunctis Electoribus, Principibus ac Statibus Sacri Romani Imperii circa dictum Jus mutandi & introducendi Religionem in suis Territoriis, quæ vel nunc possident, vel impo-  
sterum successione aliove legitimo titulo sunt acquisituri (salvis semper Pa-

1648.  
Julius.

1648. **Julius.** tis & Reverfalibus inter Dominos & subditos, ubi ea habentur, ut & Con- 1648. **Julius.**  
 ventione inter Status Augustanae Confessioni addictos, qui Reformati & Lutherani appellantur, hic inita, & Instrumento Pacis inserta) ut & circa  
 caetera jura, privilegia & beneficia quocunque nomine veniant, & five ex lege, five ex consuetudine descendant, competunt, & optimis quibusve modis competere possunt, de quo Serenitas Sua Electoralis, ut & reliqui Elector, Principes ac Status Imperii Augustanae Confessioni addicti, qui Reformati vocantur, semel atque iterum quam sollemnissime reprobantur, & sibi omnia necessaria & competentia remedia contra sapius dictam Protestationem in omnem eventum quovis meliori modo reservant. Actum Osnabrugi Westphalorum 15. Julii 1648.

Electorum Principum & Statuum Reformatorum Legati Plenipotentiarii.

## Summarischer Inhalt des Fünff und Vierzigsten Buchs.

### S. I. Reassumtion der Handlung mit den Franzosen:

*Servient* communiciret den Ständen das *Instrumentum Pacis* mit einem Französischen Schreiben. Solches wird ante Dictionem publicam ins Lateinische übersetzt. N. I. Formalia desselben in beyden Sprachen. N. II. Des Spanischen Gesandten Schreiben an die Stände zu Osnabrück, das vorsehende Französische Schreiben betreffend.

II. *Praconsultation* einiger Stände zu Osnabrück über die mit Frankreich noch unerörterte Punkten, als: Die Restitution des Herzogs von Lothringen: Den Burgundischen Crayß betreffend: Oesterreichische Assistenz der Cron Spanien wider Frankreich: *Salvio* Meynung über diese Punkten.

III. Des Reichs Städtischen Collegii Vorhaben, gegen den Oldenburgischen Weferzoll zu protestiren: Bremische Protestation wird zurück gegeben. N. I. & II. Formalia beyder Protestationen.

IV. Erklärung des *Servient* über die differente Punkten zwischen dem Schwedischen und Französischen Friedens-Instrument. N. I. Formalia desselben.

V. Reichs-Deliberation darüber am 3. Aug.

VI. Re- und Correlation am 4. Aug. Die Stände communiciren durch die Altenburgischen mit *Salvio* aus der Handlung mit *Servient*: *Servient* läßt sich die vorgeschlagene geheime Conferenz mit einigen Ständen nicht mißfallen. N. I. *Extractus Diarii Altenburgici*, die mit *Servient* gehaltene geheime Conferenz am 6. Aug. betreffend.

VII. Chur-Trierische *Postulata*, die Kayserliche Wahl-Capitulation, und arrestirten Deposita betreffend.

VIII. Reichs-Rath am 7. Aug. Der Kayserlichen Gesandten zu Münster abschlägige Antwort,

wegen der Französischen Tractaten zu Osnabrück: *Salvio* Vorschlag, die Kayserliche und Schwedische *Subsignation*, anstatt der *Ratification*, betreffend. N. I. Der Kayserlichen zu Münster Schreiben. N. II. Des Spanischen Gesandten Schreiben an das Chur-Maynische Reichs-Directorium. N. III. Reichs-Conclusum über die von *Servient* extradirte Differenzen.

S. IX. Des *Servient* mündliche Erklärung auf solches Reichs-Conclusum. N. I. & II. Declaration, daß Frankreich das Elßas als ein Reichs-Lehn annehmen wolle, Französisch und Deutsch.

X. *Relation* der Deputirten am 10. Aug. wegen ihrer bey *Salvio* gehaltenen Verrichtung: Fürsten-Raths Meynung, ob Elßas, als ein Reichs-Lehn, an Frankreich zu lassen: Die Reichs-Städte sind widriger Meynung: Werden von den Kayserlichen darin gestärket.

XI. Der Münsterischen Stände *Protestation* gegen die Handlungen zu Osnabrück. N. I. Derselben Formalia.

XII. Der Chur- und Fürstlichen Meynung den Ständen in Elßas durch eine schriftliche *Declaration* zu helfen: Die Reichs-Städtischen invariiren ihrer anderweitigen Meynung.

XIII. Des Grafen *Servient* Erklärung, in puncto *Satisfaktionis Gallicae*, am 11. Aug. Reichs-Deliberation darüber: Erinnerungen bey dem von Altenburg verfaßten Project *Declarationis Statuum*. N. I. *Consensus & Declaratio Statuum Imperii* in *Satisfactionem Gallicam*.

XIV. *Declaratio Statuum* wegen Elßas, wird dem *Salvio* eingehändigt und dessen *Mediation* bey *Servient* verlangt: Des *Servient* Antwort wegen solcher *Declaration*: Reichs-Deliberation am 14. Aug. XV.